

S. D. N.


D. P A V L I

DIVINA PROVIDENTIA

P A P A E Q V I N T I

C O N S T I T V T I O

Innouans aliàs editas Constitutiones de Conceptione
B.^{nz} VIRGINIS MARIÆ.



R O M A E,

Ex Typographia Camerae Apostolicæ.

M. D C X V I.



2 D. N. 1
P A V L I

DIVINA PROVIDENTIA

IN HOC QUINTO

CONSULTATIO

Incommodum est...
DE VITIS...




R O M A E

...

...

PAVLVS PAPA V

Ad perpetuam rei memoriam.



Romani pacifici, quamquam nullo nostro me-
rito diuina dispensatione vices gerentes in-
terris, ex munere nostro debito, pacis, &
concordiæ inter Christianos, præsertim
ecclesiasticas personas, quæ alijs in viam
pacis dirigen, & in unitate Spiritus continen,
sunt præpositæ, conseruationi sedulo inuigi-
lare cupientes, ea quæ à Prædecessoribus
nostris Roman. Pontif. ad scandalorum se-
mina tollenda salubriter constituta sunt,
cum hostis antiqui insidijs, qui ab initio discidia serere cœpit, mini-
me obseruari, aut varijs modis eludi dignoscantur, vt inuiolata seruen-
tur, opportunitis remedijs, quantum cum Deo mino. possumus, provide-
mus. Olim, siquidem per felicis record. Sixtum Papam IIII. Præ-
decessorem nostrum accepto, quod nonnulli diuersorum Ordinum præ-
dicatores in suis sermonibus ad populum publicè per diuersas Ciuitates
& Terras affirmate non erubuerant, & quotidie prædicare non cessabant,
omnes illos, qui renobant, aut asserbant gloriosam & immaculatam
Dei Genitricem absque originali peccati macula fuisse conceptam, non
solum peccate, vel esse hæreticos, eiusdemq. immaculatæ conceptionis
officium celebrantes, audientesq. sermones illorum, qui eam sine ha-
iustmodi macula conceptam esse affirmabant, grauius peccare, sed &
prædictis prædicationibus non contenti, confectos super eisdem suis
asserzionibus libros in publicum ediderant, ex quorum asserzionibus &
prædicationibus non leuia scandala in mentibus fidelium exorta erant,
& maiora merito exoriri formidabantur in dies; idem Sixtus Prædes-
sor huiusmodi temerarijs ausibus, & pueris asserzionibus & scanda-
lulis, quæ exinde in Dei Ecclesia exoriri poterant, obuiare volens, hu-
iusmodi asserziones, prædicatores eorundem, & aliorum quorumlibet,
qui affirmare præsumerent eos, qui crederent, aut tenerent eandem
Dei Genitricem ab originali peccati macula in sua conceptione præse-
ntem fuisse, propterea alicuius hæresis, & pollutæ sectæ, vel mortis

liber peccare, aut huiusmodi officium conceptioni celebrantes, seu quilibet modi sermōnes audientes a cuius peccati reatum incurere, utpote falsas, & erroneas, & a veritate penitus alienas, editosq. desuper libros prædictos id contingentes, quoad hoc reprobauit, & dampnauit, ac statuit & ordinauit quod prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuscunque status, gradus, aut ordinis, & conditionis essent, qui ausu temerario præsumerent in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare huiusmodi hæc per eum improbatas, & damnatas assertiones veras esse, aut dictos libros pro veris legere, tenere vel habere excommunicationis sententiam eo ipso incurrerent, à qua ab alio quam à Romano Pontifice nisi in mortis articulo, nequirent absolutiois beneficium obtinere scilicet; pœnæ & censuris subiicit eos qui ad si essent afferere contrariam opinionem tenentes, videlicet Gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, vel peccatum incurere mortale, cum nondum id esset à Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum. Hanc verò Sixti Prædecessoris Constitutionem Oecumenica Tridentina Synodus postea innouauit. Ac deinde similis recordi Pius Papa Quintus, etiam Prædecessor noster, statuit, ordinauit, & mandauit quatenus nemo cuiuscunque ordinis, vel dignitatis existeret, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiscua virorum, & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersie alterutra parte disputare rationibus, vel Doctorum auctoritate, asserendo propriam sententiam, & contrariam refellendo, vel impugnando, aut de hac ipsa quaestione cuiusuis pietatis, aut necessitatis prætextu vulgari sermone scribere, vel dictare præsumeret, qui contrafaceret suspensionis pœnam à diuinis absq. noua declaratione ipso facto incurreret, si modo esset in Sacris constitutus, & quocunque; præterea gradu, siue dignitate, vel administratione fungeretur, illis omnibus foret ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinendū, vel obeunda perpetuè inhabilitatis censura, ipso etiam facto obnoxius foret, super quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui non posset, & nihilominus alijs pœnis, si opus foret, à proprio Prælato pro delicti mensurainfigendis subiectus esset, prout subiecit. Ceterum quandiu per Apostolicam Sedem altera pars diffinita non esset, oppositaq. sententia condemnata, liceret viris doctis in publicæ Academiæ disputationibus, siue generalium, aut prouincialium Capitulorum, vel vbi alias interessent qui rem capere possent, nec scandalū vlla subesset occasio, de illa quaestione disserere, & argumentis veram.

utramlibet partem vel afferere, vel impugnare, dum tamen neutra velu-
ti erronea predicaretur, seruarenturque illa omnia, quae à dicto Sixto
praedecessore statuta sunt, quorum singula etiam quantum ad alias
pœnas duxit innouanda, & innouauit, prout in Sixti, & Pij praedeces-
sorum literis desuper confectis plenius continetur. Verum licet hæc
Christiani Orbis partibus interminatis quaestionibus nimis intenti, dis-
fectionum huiusmodi, tampridem Ecclesiae disciplinae vigore recisa, ger-
mina coalescere procurant, indeque contentionibus & rixæ non sine Dei
offensa & scandalo plurimorum exorta sunt, & grauiores in dies ne exo-
riantur periculum est, nisi à Nobis opportunè prouideatur. Quamobrem
Motu proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblatae petitionis instan-
tiam sed ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris Constitutionū
Sixti & Pij praedecessorum huiusmodi veriores tenores praesentibus pro-
cipi illis, & ad verbum insertis habentes, easdem constitutiones Apo-
stolica auctoritate, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, &
etiam quoad earum pœnas quascūq; etiā absolutionis refectione inno-
uamus, & inuolabilter ab omnibus, etiam regularibus, cuiuscunq; Or-
dinis & instituti, & alijs quibuscumque tam Ecclesiasticis quàm secula-
ribus personis, cuiusuis status, gradus, ordinis & conditionis, aut di-
gnitatis tam Ecclesiasticae quàm secularis, etiam si specialis, specifica,
& indiuidua earum esset necessario faciendæ mentio, obseruari præcipi-
mus & mandamus donec à Romana Apostolica Sede huiusmodi con-
trouersia fuerit diffinita. Ac praeterea si quis quouis modo contrauerit,
praeter supradictarum constitutionum pœnas respectiue ipso facto in-
currendas etiam conuocandi, publice legendi, seu docendi, & inter-
pretandi facultate ac voce actiua & passiuâ in quibuscunq; electio-
nibus eo ipso absque alia declaratione, priuatus existat, nec non ad con-
cionam & publicè legem, docem, & interpretaam perpetuè inhabili-
tatis pœnas similiter ipso facto incurrat, absq; alia declaratione, à quibus
non nisi à Nobis ipsis, vel successoribus nostris Rom. Pont. pariter ab-
solui, seu super ijs dispensari possit, & nihilominus alijs pœnis no-
stro, & eorundem Rom. Pontificū successorū nostrorū arbitrio infligen-
dis, subijciatur, prout eum subijcimus per praesentes. Et contra huius-
modi transgressores, etiam regulares, cuiusuis Ordinis & instituti etiam
quomodolibet exemptos, & alias quascunq; Ecclesiasticas & secula-
res personas cuiuscumque status, gradus, ordinis, aut dignitatis tam
Ecclesiasticae quàm secularis ut praefertur, tam Episcopi & Prælati Super-
iores

riores alij. Quidam locorum, quam heresim prauitatis uolunt, loco-
 rum deputati Inquisitores procedant, & inquirent, acque in eos. leuere
 animaduertant. Nos uero in his, & eorum cuiuslibet, contra eisdem tran-
 gressores procedendi ac poenis coercendi & puniendi li-
 beram facultatem & auctoritatem, iisdem auctoritate, & tenore tribui-
 mus & impartimus, eosque ut praesertim procedere, inquirere, & punire
 precipimus & mandamus. Non obstantibus omnibus iis (& singulis)
 que tam Sixtus, quam Pius praedecessores praedicti in litteris suis, huius-
 modi uoluerant non oblati. Quibus omnibus & singulis eorum teno-
 res praesentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad uerbum inser-
 tis habentes, hac uice diuertant specialiter & expresse derogamus ce-
 tenisque contrariis quibuscunque. Et ne praemissorum ignorantia a quo-
 quaque praetendi possit, uolumus, & dicimus auctoritate decernimus, quod
 praesentes litterae, seu illarum exempla ad ualua publica publicè prae-
 Apostolorum de Urbe, & in aede Carapi Flore affixa omnes ita habeant
 & afficiant, perinde ac si uenique personaliter inuicem fuissent.
 quodque praesentium transumptis, etiam impressis manu Notarij publici
 subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica con-
 stituta munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus ad-
 hiberetur, si forent exhibitae, uel ostensa. Dat. Roma apud Sanctam
 Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die xlii. Julij. Millesimo sex-
 centesimo decimo sexto, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

S. Cobellutius.

Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcentefimo decimoſexto, Indictione decimaquinta, die vero nona menſis Iulij Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris eſq; Domini noſtri D. PAVLI Diuina prouidentia Papa V. anno duodecimo retroſcripta Litera Apoſtolica affixa, eſq; publicata fuerunt ad ualias Baſilice Principis Apoſtolorum de Vrbe, eſq; in acie Campi Flora, per me Auguſtinum Bracherium Curſorem.

Silucius Pontiroius Mag. Curf.

... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

... ..

44